

Rudolfus Vicedominus,  
 Conradus Canonicus  
 Valentinus XXXV. Præpos.  
 Guntherus Canonicus  
 Sigifridus XXXVI.  
 Arnoldus XXXVII.  
 Johannes Canonicus  
 Hinricus Canonicus

Suerinensis Episc.  
 Magdeburgensis Archiep.  
 Mindensis Episc.  
 Magdeburgensis designatus.  
 Hildensemensis Episc.  
 Bambergensis Episc.  
 Havelbergensis Episc.  
 Havelbergensis Episc.

Hos & alios latius require apud Ecclesiam Goslariensem. *Sed non plus collectum inveni, unde hæc correxi, in Goslaria 1518. Ibi stat: Benno Magister Goslariensis & Præpositus, & Mülnensis Episcopus, obiit 1077. & receptus ex Goslaria anno 1066.*

## XLI.

IOHANNIS DE POLDA  
 CHRONICON ECCLESIAE HAMELENSIS  
 SVPPLETVM

Ex MSto.

**I**N nomine Domini, Amen. Quia ob labentem generis humani (a) memoriam, res mirifice antiquitus gestæ chronicè (b) describuntur, anno igitur à nativitate ejusdem DCCXII. Anastasio secundo Imperium Romanorum gubernante, Gregorio secundo Papa sedem (c) in vera (d) Româ tenente, qui gloriosum patronum nostrum Beatum Bonifacium martyrem ad votum Pipini Ducis, majoris domus Franciæ, Beati Wilbrodi (e) Moguntinensis (f) archiepiscopi senio gravati ac totius cleri precum instantiâ, in archiepiscopum ejusdem sedis Moguntinensis propriis manibus, cum magna lætitiâ cœtus Cardinalium, in crastino beati Andreæ Apostoli consecravit, pallio, crenodiis, ac multis reliquiis honestavit & prænomen filii (g) quod est *Bonifacius*, propter eximia sua beneficia erga ecclesiam Dei per annos 40. facta imposuit: Quia prius *Winfriidus* nomine patris sui fuit vocatus (h). Idem venerabilis Papa Gregorius, misit Beatum virum Bonifacium ad Ducem *Pipinum* majorem, patrem Caroli M. ut ipsum in primum Regem Franciæ ungeret & consecraret, quod factum fuit in civitate *Jessum*, (i) quæ nunc *Orlens* vocatur. Iste *Pipinus* Princeps multum dilexit Beatum Bonifacium, eò quod primitus juvit eum congregare Regnum & ejicere *Hilgericum Lubertum* (\*) & Effœminatam & quod prælio (k) suæ peregrinationis pacem & concordiam inter patrem suum *Carolus Martellum* vel tendentem (l) sic dictum, quia omnes Principes in circuitu tondebat (l) & macerabat, & *Rabodonum ultimum Regem Frisonum* constituit & ordinavit. Iste fuit Rex *Rabodonus*, qui à Beato *Wulframo Episcopo* debebat baptisari, habens unum pedem in baptisterio, & alterum foris, requisivit, utrum de suis parentibus plures in cœlo regnarent, vel ad inferos descenderint; responsum fuit, quod plures ad infernum: & ille extrahens pedem de fonte dicens, & nos plurimatem (m) cupimus imitari, tertia die sine baptisate discessit. Et deinceps (n) Bonifacius verbum Dei undique in Frisia feminavit, quod dictus *Rabodonus* prohibuit, quo tandem gladiis impiorum occubuit.

Hic athleta & preciator (p) Bonifacius 33. annos in Episcopatu Moguntinensi vixit. Francos, Bavaros, Thuringos, Hassones, Frisones ad veram fidem convertit. Auctoritate apostolica inquisitor hæreticæ pravitatis extiterat, unde adjutorio dicti Regis *Pipini* multos hæreticos exterminavit & igni tradidit comburendos, & quatuor Synodos generales incitavit (q), & in Almania multa mirabilia fecit. Primò ecclesiam *Fuldensem* in pago *Grapsfeld* in honorem Beatorum *Petri & Pauli* apostolorum constituit & consecravit, sed eam imperfectam reliquit. Unde petiit *Beatum Lullum* suum archidiaconum, in dicto Episcopatu suum successorem, ut dictum monasterium perficeret, ac ibidem ipsum sepeliret, quod & factum fuit. Et ipse *Pipinus* Rex præcipit, quod nunquam debet exhumari & alio duci. Deinde ordinavit ecclesiam collegiatam *Friulariensem*, & profectus in Westphaliam ad opidum *Geimaria*, ubi reperit robur vel quercum

(a) MStum: humanæ generationis. (b) conscribuntur. (c) Apostolatus. (d) lego: vetere.  
 (e) VVilbrodi. (f) Maguntinensis. (g) prænomen sibi. (h) nuncupatus. (i) Tessym.  
 (\*) forte *Lombardum* dixit autor, ut infra, credens, *Hilgericum* genere Lombardum fuisse. (k) & quod in principio. (l) lego *tudentem, tudebat*. (m) pluralitatem. (n) beatus.  
 (p) præliator. (q) incitavit.



cum miræ magnitudinis, subter qua quercu gentiles orare consuevere. Unde ad preces Beati Bonifacii venit ventus tornatilis, validus, dividens ipsam quercum in quatuor partes æquales, de quibus capellam in honorem Beati Petri construxit. At Bel Martis in opido *Merselbork* (r) destruxit & ecclesiam ibidem consecravit, ut in legenda ipsius (s) patuit evidenter. Deinceps pervenit ad partes fluminis *Weseræ* (t), quod *Westvalos* & *Ostvalos* segregat & jungit, (unde *Ostvali*, id est *Saxones* sunt dicti) ad quandam Comiciam in finibus (v) regni Angariæ Regis *Widekindi* (x) sitam. Contemplabatur in amœnitate ipsius loci, quo rivulus *Hameloha* (y) se agit in *Weseram*, & reperit ibi (z) quoddam delubrum, quo Jupiter colebatur: Unde beatus vir Bonifacius accessit *Comitem* & *Comitissam* ejusdem loci, dicti *de Osten de regali genere* (a) *Widekindi* natos, senio gravatos, scintilla modica fidei Christi illuminatos, evangelizans ipsis & toti populo ibidem fidelius verbum (b), regenerans eosdem in fonte baptisimatis, *Eberhardum* (c) *Comitem Bernhardum*, uxorem suam *Comitissam Odegundinam Christinam vocavit*, & petiit ipsum delubrum destrui & ecclesiam in honorem Beati Romani, quondam sui prædecessoris in ecclesia Moguntinensi, consecravit (d): ipsi vero annuentes dignis suis precibus fundaverunt & donaverunt (e) dictam ecclesiam cum omnibus bonis suis, quia liberis seu heredibus fuerunt orbat, obnixque petierunt, eorum corpora in eadem ecclesia tanquam fundatorum dignè sepeliri. Quorum memoria, ut factum fuit (f), omnium sanctorum valde solemniter ibidem in ecclesia Hamelensi peragitur annuatim. Postea Beatus Bonifacius fecit vocare fratres sui ordinis, scilicet *Benedicti*, de dicto cœnobio suo *Fuldensi*, multas (g) eos in canonicos regulares, postmodum per *Ludovicum Imperatorem*, Magni *Caroli* filium, in canonicos seculares mutatos (h), & ordinavit ibidem ecclesiam valdè solemnem, quam Beatus Bonifacius *ecclesiam Hamelensem* vocavit, eò, quòd fluvius (i) *Hameloha* ibidem in *Weseram* fluit, & ipsam Ecclesiam *Hamelensem* cum omnibus suis pertinentiis cœnobio *Fuldensi* tradidit & incorporavit. Hic gloriosus Pontifex Beatus Bonifacius, cum esset annorum 21, peregrinari incepit, (k) peregrinatione (l) 40. annis degit (m): in episcopatu suo annos 23 (n), menses 6. & totidem dies obtinuit (o). Quanta autem bona pro ecclesia Dei fecerit, patet in *Legenda* sua magna, quam aliàs abbreviavi. In nonagesimo quinto anno impleto ad Deum (p) cum *Palma martyrii*, in terra *Frisonica* in villa *Detmunt* (q) migravit. (r)

Anno verò Domini DCCCL. ab anno conditæ urbis Romanæ M. D. LII. ab anno Imperatoris Augusti Octaviani DCCCXLI. (s) gloriosus *Carolus Magnus* in patricium Romanorum fuit vocatus, qui 81. suæ ætatis anno Constantinum ultimum Imperatorem Romanorum de Græcia debellavit, *Lumbardos* (t) devicit, *Franciam* & *Lumbardiam* (v) unà cum fratre suo *Carolo* 40 annos rexit, Regnum Romanorum 1. annos solus obtinuit. Et venerabilis *Leo* Papa ipsum *Carolum* in ecclesia Beati Petri apostoli in Imperatorem Romanorum consecravit & ad partes *Almanicæ* pro fide catholica eundem designavit (x). Et interea Senatores Romanorum conantes sibi bona & jura Imperialia subusurpare, *Leone* Papa 4 (y) contradicente, deripuerunt de solenni processione ad *S. Laurentium* (z) præscindentes sibi linguam & novacula scissuram suorum oculorum fecerunt, quos pariter cum lingua Deus omnipotens sibi mirificè restituit & quasi album *filum*\* (a) pro cicatrice oculorum obtinuit, quem *Dux Poleranus* (b) de manibus Romanorum eripuit, & secum *Spolerum* (c) perduxit, propterea quod nefas ipsi Græci cum potentia spirituali à Romanis recesserunt & Imperium ad *Carolum* & *Francigenas* fuit in hoc stigmatè (d) devolutum. Cum autem hæc doloris fama ad gloriosum Imperatorem *Carolum* pervenisset, fecit vocari *Leonem* Papam & venit sibi in occursum *Padebornæ* civitate *Westphaliæ*.

Ipsè *Leo* habuit in Comitatu suo *Beatum Lullum* Archiepiscopum *Moguntinensem*, *Beati Bonifacii* successorem, ac venerabilem *Sturmium* abbatem ecclesiæ *Fuldensis*. Et profecti fuerunt pariter ad ecclesiam collegiatam & villam tunc temporis populosam, dictam *Hamelonia* (e). Dicti venerabiles Patres (f) *Lullus* & abbas *Sturmus* informaverunt *Leonem* Papam de fundatione, institutione & conservatione (g) ipsius ecclesiæ *Hamelensis* per *Beatum Bonifacium* factæ, humiliter ipsi *Leoni* supplicantes, ut dictam ecclesiam *Hamelensem* de novo in honorem *Beati Bonifacii* defuncti & canonisati consecraret & *Beatum Romanum* patronum primum ab infra sub choro restauraret. Quo benignè per *Beatum Papam Leonem* factò, intimis accesserunt ipsum gloriosum Imperatorem *Carolum* precibus, ut ipse unà cum *Papa Leone* in-

S s s 3

stitutio-

(r) *Marselbork*. (s) sua. (t) *Wesere*. (v) *sumbris*. (x) *WVedekindi*. (y) *Hamelovve*,  
 (z) ibidem. (a) ejusdem. (b) *Dei*. (c) *Evrardum*. (d) consecrari. (e) do-  
 taverunt. (f) in vigilia. (g) mutans. (h) cui talis religio multum placuit, & plures  
 ordinavit. (i) rivulus. (k) in. (l) sua. (m) deguit. (n) XXXIII. (o) Pe-  
 riodus sequens, In nonagesimo &c. usque: ad migravit. hoc loco ponitur in MSto. (p) pro Deum  
 leg. Dominum. (q) *Detbuco* forte *Detmunt*. (r) Quanta autem bona &c. usque ad: abbreviavi.  
 (s) LXXIII. (t) *Lumberdos*. (v) *Lumberdiam*. (x) destinavit. (y) IIII. additum  
 erat alia manu; numerus videtur abesse debere. (z) caputantes id est præscindentes. (a) *aste-*  
*riscus* indicat, aliquid non potuisse legi. Sed MS. habet: *filum* circum quod *pro* significare *sericum*.  
 (b) *Spoletanus*. (c) *Spoletrum*. (d) *scismate*. (e) *Hamelovve*. (f) *Episcopus*.  
 (g) consecratione.



stitutionem, donationem, incorporationem ecclesie Fuldenſis per Beatum Bonifacium facta, cum villa & omnibus ſuis pertinentiis per ſuum privilegium ratificare & confirmare dignaretur. Quod Imperator annuens dictis & dignis eorum ſupplicationibus fecit juxta tenorem hujus privilegii, quod ſic incipit: Carolus Dei gratia Francorum, Longobardorumque Rex ac Romanus patricius, notificamus, qualiter condonaverimus atque condonamus ad Fuldenſe monaſterium quandam rem proprietatis noſtræ, ſcilicet, Hamelohe prædium nuncupatum, ſitum in pago Saxonie cum omni integritate, tam terris, quam ædificiis, cultis & incultis, mancipiis & omnibus ſuis juribus, ut in privilegio continetur. Idem Carolus glorioſus ordinavit & ditavit Præpoſituram multis poſſeſſionibus & divitiis, à flumine Weſeræ pene uſque ad Elviam, quæ merito Episcopatus potuiſſet nuncupari, heu! heu! nunc per pravos ſucceſſores multum deſolata.

Notandum, quod quatuor fratres fuerunt de Everſtein, ſcilicet, *Fridericus, Otto, Ludolphus & Joannes*, qui fuerunt nobiles de caſtro Everſtein cis Rhenum, inter Civitates Baſileam (h) & Opendenheim, qui fratres multum bene ſe rexerunt circa eccleſiam Hamelensẽ, & Opidum tunc temporis, quorum fratrum ipſe *Fridericus* tunc fuit ſenior Canonicus, cuſtos ſeu theſaurarius eccleſie Hamelensẽ (i) quem (k) propter ſuam legalitatem & juſtitiam in Præpoſitum elegerunt, quam electionem Fuldenſes impugnaverunt. Dictus *Comes Fridericus* renunciãſ electioni de ſe per Capitulum facta, quem ipſi Fuldenſes in gratiam receperunt, & de novo præpoſituram ſibi contulerunt, & fratri ſuo *Ottoni* Advocatiam pro deſenſione bonorum ipſorum Canonicorum nomine homagii dederunt, & ſic advocatia ad ipſos de Everſtein pervenit, ut patet in privilegiis de renunciatione, & ſic incipit.

Ego *Fridericus* dictus de Everſtein cuſtos eccleſie Moguntinẽſis &c. Nos plenius informati de collatione præpoſituræ in Hamelen de nobis facta, in manus ipſius Abbatis Fuldenſis liberè omnino exſeſtuantes (l) juſ, quod nobis per capitulum fuit acquiſitum; Actum anno MCCXXXIII (m) Kal. Martii. Anno igitur à nativitate Domini MCCLIX. Abbas, Præpoſitus, Decanus, ac totus conventus eccleſie Fuldenſis propter locorum diſtantiã, Baronum & Nobilium malitiam, vendiderunt dominium, juſ, proprietatem eccleſie dictæ Hamelensẽ & opidum tunc bene munitum, circumſoſſatum ac divitiis ornatum, venerabili *Widekindo* (n) Episcopo Eccleſie Mindenſis pro D. marciſ argenti vel ſterlingorum legalium 13 ſolidis & 4. &c. (p) pro marca puri, quorum 300 ſuper feſto Pentecoſtes fuerunt ſolutæ & ducentæ in ſequenti ſuper feſto prædicto, ſub poëſis in quitatione ſcriptis perſolvendæ, ut patet in quitatione, quæ incipit ſic: *Henricus Dei gratia Abbas Fuldenſis &c.* Et cum hoc vendiderunt Episcopi (q) Advocatiam de Everſtein, ut patet in privilegio, quod ſic incipit: In nomine Domini. Et ipſi Fuldenſes penerunt conſenſum hujus venditionis à Capitulo Eccleſie Hamelensẽ, opidanis cum Comitibus (r) prædictis. In quo contractu ipſi Opidani cum Comitibus prædictis minime conſentierunt. Contra quos dictus Episcopus Mindenſium *Widekindus* conſtituebat præla & pariter convenerunt circa villam dictam *Zedemunde* prope *Munder*, quo dictus Episcopus *Widekindus* cum ſuis victoriam obtinuit & omnes opidanos Hamelensẽ ſecum captivos in Mindam perduxit, quorum multi ex utraque parte in ore gladii ceciderunt, ut ipſorum occiſorum memoria adhuc in Eccleſia Hamelensẽ ſuper die beati Pantaleonis devotè peragitur Vigiliis & miſſis: quod prælium fuit commiſſum anno Domini M. CCLXI. die ut ſupra. Dictus Episcopus *Widekindus* exhibuit ipſis Opidanis, ut acclinent ſe deſenſioni (s) & protectioni eccleſie Mindenſis, & quod vellet eos omnes relinquere quietos & ſolutos, ſuper quibus ſcripſerunt (t) inducias ad deliberandum.

Et interea ceciderunt in illum Ducem potentem *Albertum magnum de Brunſwik*, cujus frater erat *Johannes primus Dux Luneburgenſis* in diſviſione Ducatus Brunſwik, & dederunt ſe ſub protectione & ditione ſua, ut eos deſenderet & à captivitate liberaret. Qui potens Dux *Albertus* venit cum DC. dextrariis phaleratis militiã præclara & copioſa, perrexit coram civitate Mindenſi & coëgit Episcopum & Capitulum (v) reddendum chirographum & litteras, quibus Fuldenſes opidum *Hamelon* vendiderunt, & facta fuit compoſitio per *Abbatem in Lockem* (x), Præpoſitum Mindæ & nobilem Advocatum de Monte, ut eſt in privilegiis. Et ipſe Dux recesſit, & dictum opidum ſtat ſub protectione Ducum Brunſwicenſium hodiernis diebus & omnem libertatem, quam dictum opidum habet, habet adhuc à Præpoſito & capitulo ejusdem eccleſie Hamelensẽ, ut in eorum privilegio liquide patet, & totus fundus opidi cum cenſu areali ac dominio cedit Præpoſito & capitulo, & nunquam ab iis amovetur, veluti privilegium compoſitum (y) evidenter oſtendit. Unde cum funditur (yy) Dominio & uno ſolido arealis cenſus triumphavit noſtra eccleſia Hamelensẽ contra Auguſtinenſes, cum qui-

(h) Baſele. (i) pro Hamelensẽ M. S. rectè habet *Maguntinensẽ*. (k) Decanus & Capitulum dictæ Eccleſie Hamelensẽ. (l) liberè reſignamus omnino exſeſtuantes. (m) anno Domini MCCXXXIII. (n) de Hoya. (p) 13 ſolidis & quatuor d. ubi male ex d. factum &c. nam ſenſus eſt: 4 denariis. (q) eidem Episcopo. (r) de Everſtein. (s) ditioni. (t) pro ſcripſerunt lego ſumpſerunt. (v) ad. (x) de Lockem. (y) pro compoſitum MS. habet rectè compoſitionis. (yy) fundi.



quibus 33. annos steterunt in lite & mille marce puri argenti sunt in ea lite peremptæ, & ecclesia Hamelenfis permanfit in fpiritualibus fub protectione Epifcopi Mindenfis, (z) ita quod nullus prælatorum, archidiaconorum in ea habeat difponere, nifi Epifcopus propter antiquam paternitatem. Et fertur & eft ecclefia fecundaria immediata poft ecclefiam cathedralem Mindenfem, quia ecclefia Hamelenfis fuit fundata fub anno DCCXII. ecclefia vero S. Martini in Minda fuit fundata & confirmata per inclytum Imperatorem Cunradum tunc in Minda existentem ad rogatum Sigeberti Mindenfis ecclefie Epifcopi, qui eandem ecclefiam conftruxit fub anno Domini MXXIX. Ut patet in privilegio, quod incipit: *In nomine fanctæ & individue Trinitatis: Conradus divina favente gratia Romanorum Imperator Augustus.* Anno Domini MCCCCLXXXIII. (a) Poft Oppidemiam (b) quartam ego Joannes de Polda Canonicus hujus ecclefie de Hamelen atate & gradu Senior collegi hanc Chronicam Hamelenfem de Legenda & vita S. Bonifacii pro parte prima, partem fecundam collegi (c) ex decem privilegiis de venditione ecclefie & Opidi Hamelen per Fuldenfes facta & confcripta.

Notandum, quod primum privilegium (d) incipit fic: *In nomine fanctæ & individue Trinitatis* (e). In fecunda littera Fuldenfes petunt à capitulo confenfum venditionis, & incipit: *Henricus Dei gratia Ecclefie abbas Fuldenfis &c. Nos attendentes, quod Mindenfis ecclefia minifterio* (f) *noftro ab antiquo fpecialis fraternitatis vinculo effet astricta, & quod commodiffimum* (g) *effet, ut Dominum Epifcopum Mindenfem, quem patrem fpiritualem ab antiquo habuiffis, &* (h) *Dominum temporalem haberetis quam alii principi fervitute tyrannica fubjugari.* Heu! heu! quantam tyrannidem exercuit noviffimus princeps Albertus Dux (\*) ex quorundam opidanorum adjutorio & confilio in nobis, qui culturam noftorum agrorum villicis noftis contra juftitiam inhibuit & nos decuriis noftis expugnare voluit, dignum effet jugi noftre memoriæ commendandum, cui in prælio (k) fuæ militiæ 80. marcas puri argenti vi & metu commiffimus, pro quibus clenodia & calices noftri adhuc hodiernis vicibus obligavimus, & per quatuor annos poftea 30 marcas puri argenti pro redemptione fuæ captivitatis obtulimus. Qui autem fautores & confiliarii ipfius ad hanc pecuniam à nobis extorquendam fuerunt, novit, qui omnia nofcit. Et nota, quando ifta neceffitas nobis ex parte Ducis Alberti incumberebat, quod multi de confulibus filios, fratres, avunculos & nepotes in capitulo noftro habuerunt, ibi pater renunciavit filio, frater fratri, avunculus avunculo, nepos nepoti: omnes fuimus eis tanquam hæretici (l) & publicani, crudeliter in eos favientes. Quia ergo (m) interea cum Domino Joanne de Lude & Domino Bernhardo Lufeken, quod (\*) procuravimus citationem contra inclytum Principem Ducem Erneftum, patrem dicti Ducis Alberti, qui ex mala informatione & prohibuit culturam noftorum agrorum, & veniebamus ad eum in Eimbek & exhibuimus fibi 40 marcas puri (o) argenti, ut defifteret ab omni impetitione, qui confuluit cum Magiftro dein Arsvelde (p) Canonico ibidem in Eimbek. Et ille gloriofus Dux retulit nobis, quod non haberet jus ad noftam provinciam, (q) fed male effet per quosdam informatus, & quod nos caffaremus citationem noftam, ipfe vellet caffare præceptum fuum & tollere, quod cum omni amicitia fuit factum, neque unquam (r) quadrantem à nobis accepit. Etiam nota, quod gloriofus & mifericors Dux de Brunfwik Erneftus iniciavit (s) novum opus jactu lapidis in infula in medio Weferæ prope opidum Hamelen, quod Carmelita edificare cœperunt. Similiter in opido contra Auguftinenfes: & fuit inclytus fautor noftre ecclefie: etiam tantam inimicitiam non potuit cum aliquo habere, quod vellet, ut interficeretur, dicens: animam non poffum dare, ergo nolo, ut quis interficiatur.

Quantam autem calumniam paffi fuerimus de incolis opidi hujus brevi temporis fpatio de converfatione capellæ penes Weferam, (t) ftatuunt (v) nancifcentes Præposito adutentes (x) ecclefia Hamelenfis & (y) quingentos annos ante opidum fuerat, & quod omnem libertatem & omne bonum ab Ecclefia nofta sunt confecuti. (z) Nota, quod (a) antiquam paternitatem & fraternitatem, quam ecclefia Fuldenfis & Hamelenfis habuerunt cum Epifcopo Mindenfi & capitulo in fpiritualibus; & quando Epifcopus Widikindus de Hoja comparavit ecclefiam Hamelen & oppidum ab ecclefia Fuldenfi pro quingentis marcis puri argenti. Et ex eo, quod Decanus & capitulum dictæ ecclefie Hamelen & tam in temporalibus quam fpiritualibus fe benevolè & benigne absque ulla contradictione ad dictum Epifcopum Widikindum (b) ad fuam ecclefiam acclinavit, (c) tradidit eidem ecclefie Hamelen principaliter duo (d) dona. Primum donum, quod propter antiquitatem deberet fieri & effe ecclefia fecun-

(z) immediate. (a) MCCCCLXXXIII. (b) epidemiam. (c) ex Cronica Martini abbreviata; partem tertiam collegi. (d) venditionis. (e) quoniam ut torrens vehemens præterit omne transfitorium, neceffe est imbecillitati memoria fcripturarum beneficio fubvenire; & in illa littera NB. inferitur littera Caroli prænotati. (f) MS. monafterio, redde. (g) vobis. (h) etiam. (i) lineæ Grubenhagie, filius Ernefti. (k) M. S. rectius in principio. (l) ethnici. (m) ego intererem. (n) cum. (o) argenti abeft in M. S. (p) Magiftro Thyderico de Alweldæ. (q) noftam pecuniam. (r) neque unum. (s) nunciavit. (t) de confecratione capellæ pontis Weferæ. (v) fentiunt qui Præpofituram observans; (x) advertentes quod (y) ut, forte ad. (z) Quid dicemus ad hæc? fit Deus pro nobis, quis contra nos, (a) propter (b) & (c) acclinaverunt. (d) tria.



cundaria in ecclesia Mindensi. Secundum donum, quod immediate deberet esse sub Episcopo & suo officiali, & quod nulli Prælatorum dictæ ecclesiæ Mindensis aliquam jurisdictionem in dicta ecclesia Hamelenfi deberent habere. Tertium donum, quod dictæ ecclesiæ Hamelenfis bona deberent esse libera ab omni impetitione Advocatæ, si qua in eis bonis esset, & fundus dicti Opidi cum quibusdam aliis in perpetuum apud dictam ecclesiam deberet permanere. Hæc omnia habentur in privilegio. (e)

*Versus de fundatione & ætate ecclesiæ Hamelenfis.*

Conditur in densis ecclesia nunc Hamelenfis,  
Septingentenis annis Domini duodenis,  
Romanus pridem pater hinc Bonifacius idem  
Confecrat ad votum Caroli Leo Papaque totum,  
Bernhart, Christina fundarunt ista petrina,  
Cæli Regina, tribuens (f) his gaudia bina (g).

*Versus de translatione opidi Hamelen ad Ducem Brunsvicensem.*

Quondam Fuldenses, fuerunt (h), modo sunt Hamelenfes  
Brunsvicenses, (i) Mindenses despicientes.  
Cis Zedemundenfes cur prælia sunt statuentes.  
Post duo DD duo CCLXI (k) Pantalís ecce  
Multos prostratos, sed ab Alberto liberatos,  
Tunc Duce magnifico, principe pacifico.

*De inundatione VVesera.*

Post M. post tria CCC. post septuaginta quaterque  
Wesera crescebat Hamelen stratasque tegebat.  
Post M. post quinque CCCCC. & V. insuper adde,  
Wesera crescebat, Hamelenque viasque tegebat.

\* \* \*

**I**N nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus Dei gratia Sanctæ Fuldenfis Ecclesiæ Abbas. Pietati congruit, & congruum est rationi, justis Subditorum nostrorum precibus facilius nos præbere consensum, & desolatis, prout possumus, consolatione debita providere. Proinde cum filia nostra Hamelenfis Ecclesiæ multiplicibus damnis & præcipuè periculis incendiorum ad nihilum pene redacta fuerit; & omnium insuper possessionum suarum privilegia perdidit, quibus eam ab antiquo Fuldenfis munierat autoritas; Nos eidem ex intimis paterne compatiens, more Prædecessorum meorum eandem, ne pereat, in posterum firmare volumus & munire. Ut ergo ejusdem Ecclesiæ fratres in Decima Villa Hamelen & majori Molendino & in bonis, quæ quondam *permolder* dicebantur, quæ nos ipsi ad Hamelen firmis præbendæ fructibus assignavimus, & in aliis quibuslibet, quæ hæctenus liberè possederunt, & in præfenti possident, nullius deinceps impetitione graventur, ipsis eadem bona autoritate nostra confirmamus, & ut iidem sine qualibet inquietatione permaneant, impressione sigilli nostri communita firmiter stabilimus. Acta sunt hæc Dominicæ Incarnationis 1209.

II.

**I**N nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Henricus Dei gratia Fuldenfis Ecclesiæ Abbas. Bertoldus Decanus, Gerlacus Præpositus, totusque Conventus eiusdem Monasterii, dilectis filiis Ludolpho Decano, totique Ecclesiæ Hamelenfis Capitulo eorumque Successoribus salutem perpetuam. Licet ex injuncto nobis officio teneamur Ecclesiis nobis subjectis patria sollicitudine providere, maximè tamen iis prospicere & consulere debemus, quibus propter locorum distantiam & viarum discrimina rarius possumus in suis necessitatibus subvenire. Exigente igitur vestræ devotionis affectu de communi Conventus & Prælatorum nostrorum benevolentia & assensu personas vestras & Ecclesiam vestram sub protectione nostra recipimus, Vobis vestrisque successoribus decimam villæ Hamelen cum superiori Molendino, & curia, quæ fuerat Villicatio Hen-

(e) in privilegiis in dicta venditione conscriptis. (f) forte, tribuas. (g) trina. (h) fuerant.  
(i) Brunefwykenses. (k) leg. post duo D. tria C, L, X, I, Pantalís ecce.



Henrici Theideri militis, sex manfos in Afferde minori, tres in Scekkenhusen, & alia quæcunque bona in præfenti poffidentis, vel quæ nomine veftro poffidentur, feu quæcunque in poffterum, auxiliante Deo, iuftris modis poteritis adipifci, autoritate præfentium confir-  
mamus & in perpetuum ftabilita effe volumus, & donata cum omnibus attinentiis fuis, a-  
gris, pratis, pascuis, terris cultis & incultis, viis & inviis, aquis aquarumque decurfibus,  
& cum omnibus ad eadem loca pertinentibus, tam quæfitis quam quærendis, falva tamen  
in omnibus iuftria Ecclefie Fuldenfis. Recognofcimus & vobis & Ecclefie noftræ ius ple-  
næ fraternitatis & libertatis & exemptionis, quo aliæ Ecclefie fubjectæ tam Papalibus quam  
Imperialibus privilegiis gaudere hætenus confueverunt. Ut autem hæc in memoriam veni-  
ant futurorum, & ut omnis fcrupulofa quæftionis occafio præcludatur, præfenti paginâ inde  
conferipta noftra & Conventus, nec non & Prælatorum noftrorum figillis fecimus commu-  
niri. Datum Fuldæ Anno Domini MCCLV. præfentibus & confentientibus, Montis S. Pe-  
tri Henrico, S. Johannis Eberhardo Hunnenbelden Præpofitis, Warmundo hofpitalario Bur-  
chardo Magiftra operis, Bartoldo Cellerario, Godefredo Cufodi, Alberto de Lute, Lu-  
dolpho Decano, Theodorico Cufode Ecclefie Hamelenfis & aliis quam plurimis viris pro-  
vidis & honeftis.

*In viridi & flavo ferico fex majora figilla  
appendent.*

## III.

## CVRIA DECIMALIS.

**O**mnibus præfentia vifuris &c: *Ludovicus Comes de Everftein & Ludovicus ejusdem filius* falutem  
& plenitudinem omnis boni. Noverint univerfi, quod cum Advocatia curiæ Canoni-  
corum in Hamelen, quæ dicitur decimalis, qua Curia Hamelenfis Ecclefie dotata demon-  
ftratur, ad nos fuiffet à noftris progenitoribus per modum pheudæ devoluta; Nos, ne ali-  
quam exinde occafionem haberemus dictos Canonicos moleftandi, Advocatiam eandem in-  
tegraliter cum omni plenitudine feu jure Decano & Capitulo fupra memorato vendimus pro  
XLII talentis & duobus folidis ufualis monetæ, promittentes firmiter, fide data, quod de  
ipfa Advocatia nunquam de cætero nos intromitemus, nec fe noftra pofteritas intromittet.  
Nihil enim domini five juris nobis aut noftris Succelforibus & hæredibus in eadem exnunc  
refervamus, fed eam Hamelenfi Ecclefie jure perpetuo relinquemus quietè & liberè poffi-  
dendam, & nos ipfam resignabimus in manus Venerabilis Patris Epifcopi Mindenfis, vel  
ubicunque necelfe fuerit, quam citò id ipfum eidem Hamelenfi Ecclefie videtur expedire.  
Promittimus etiam manualiter data fide, quod hæredes noftri abfentes intra annum unum,  
videlicet nunc instantem, fi fe in præfentia in Hamelen exhibere non poffunt, fcriptis ac  
figillis authenticis hanc venditionem noftram ratificare debebunt. Et, fi ad ipfos Advoc-  
tiæ poffefio five jus pheudi pervenerit, ipfam Advocatiam fimiliter ad profectum dictæ Ha-  
melenfi Ecclefie in manibus Mindenfis Epifcopi, vel ubicunque necelfe fuerit, resigna-  
bunt: datam autem à nobis fidem recepit Decanus & cum ipfo Capitulum Hamelenfe. Ipfo-  
rum quoque nomine fidem eandem receperunt à nobis Conradus de Everftein &c. Teftes  
hujus rei funt Marquardus de Brocke &c. Actum & datum Hamelen Anno Domini  
MCCLXXVI. V. Kal. Julii.

## IV.

**V**niverfis infpectoribus hujus fcripti *Helmricus de Haffenbeke* miles, *Amelungus Schütte*,  
*Henricus Gruehot*, *Bartholdus de Emberne*, *Detherus de Campo*, *Bartramus Weren-*  
*gifi* & *Johannes filius Lamberti Burgenfes* in Hamelen obfequii promptitudinem. Pro fa-  
lute recognofcimus & tenore præfentium proteftamur, quod nos Advocatiam Curie deci-  
malis intra muros noftros fitæ, qua dotata eft Ecclefia Hamelenfis, quam Advocatiam à no-  
bili viro Domino *Comite Ludovico de Everftein* noftro Domino jure tenuimus pheudali pro cen-  
tum marcis examinati argenti, ejusdem Comitum ac omnium Hæredum fuorum accedente  
confenfu, titulo pignoris obligamus Decano & Capitulo Ecclefie fupra dictæ. Resignabi-  
mus nihil ominis pheudum dictæ Advocatiæ nobis collatæ, quandocunque & ubicunque  
fæpe dicto Capitulo videbitur expedire. In cujus rei teftimonium noftræ civitatis figillum  
præfentibus eft appenfum. Anno Domini M. CCLXXV. V. Kal. Julii.

## V.

**H**onorabilibus & discretis viris Decano & Capitulo Ecclefie Hamelenfis *Conradus Dei gra-*  
*tia, Comes de Everftein* fuum promotionis affectum. Cum noftra non folum conniven-  
tia, verum etiam cooperatione *Illuftris dilectus Patruus nofter, Comes Ludovicus de Everftein ac Lu-*  
*dovicus filius* fuus ac cæteri hæredes ipfius Advocatiam curiæ veftræ decimalis intra muros opidi



Hamelen sitæ, per quam curiam Ecclesia vestra dotata remonstratur, cum omni jure seu plenitudine vestræ Ecclesiæ vendiderunt, jure perpetuo possidendam; nos & hæredes nostri, quod factum est, approbantes, nunquam vobis super Advocatia ipsa molestiam inferemus, & hoc promittimus fide data, sigillum nostrum ad gestæ rei memoriam præsentibus appendentes. Datum Hamelen Anno Domini M. CCLXXVI. Quinto Kal. Julii.

## VI.

**N**os Ludovicus Dei gratia Comes de Everstein, universis & singulis tam posteris quam modernis hoc scriptum lecturis & auditoris. Recognoscimus & tenore præsentium publicè protestamur, quod Curia, quæ vocatur *Decimalis* in Hamelen, qua dotata est Ecclesia Hamelenensis, cujus curiæ Advocatia Capitulo Ecclesiæ supradictæ de consensu & voluntate omnium hæredum nostrorum vendimus, eo jure & ea voluntate, qua eandem curiam possidemus, & à progenitoribus nostris ad nos hæreditario jure pervenit, ad nullum profus jure civile Civitatis ullis temporibus tenebatur, & in ipsa Curia nullus omnino exigere vel exercere potuit occupationes, pignorationes aut exactiones aliquas sine nobis & nostra licentia. Accidit tamen quandoque, quod Villicus eandem curiam inhabitans, ratione quod Civis vocaretur, & quod Consules & Rectores Civitatis ipsum pro Cive ab injuriis & violentiis tuerentur, de bonis suis propriis duntaxat, ad quandam Collectam & necessitatem Civitatis, portionem aliquam ministraret, & ad quædam minuta servitia, utpote in vectura & hujusmodi consentiret pro favore Civitatis. Sed Canonici Ecclesiæ sæpe dictæ ad nulla subsidia Civitatis, nec de fundo, nec de agris, nec de aliquibus proventibus Curiæ memoratæ à Civibus arctabantur; & quia consuetudo non est, quod à dotibus & de bonis Ecclesiarum jura civilia exigantur. &c. Datum Hamelen Anno Domini M. CCLXXVI. quinto Kal. Julii.

## VII.

**V**olguinus Dei Gratia Mindensis Ecclesiæ Episcopus omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod, cum Decanus & Capitulum Ecclesiæ Hamelenensis Advocatiam Curiæ decimalis intra muros Hamelen oppidi constitutæ, quæ olim fuit Villicatio Hinrici militis, dicti Thegeden, cum qua Curia eadem Ecclesia Hamelen cognoscitur esse dotata à Nobili viro *Comite Ludovico de Everstein* & suis hæredibus, qui eam ab Ecclesia nostra in phædo tenuerant, emptionis titulo comparassent, nos ab eodem Comite libera resignatione recepta Advocatiam eandem sive proprietatem Advocatiæ de consensu Capituli nostri Hamelenensis Ecclesiæ prædictæ donavimus, & concessimus perpetuo possidendam, justo privilegio nostro ratificantes de gratia speciali, ac firma esse volentes privilegia, quibus ipsa Ecclesia ritè & rationabiliter est munita. In cujus rei perpetuam firmitatem præsentem paginam nostro & Ecclesiæ nostræ sigillo fecimus roborari. &c. Anno Domini M. CCLXXXI. 8. Kal. Aprilis.

## VIII.

*Advocatia in Vorsette.*

**O**mnibus præsens scriptum visuris & auditoris *Otto Dei gratia Comes de Everstein* salutem & rei gestæ notitiam. Præsentibus nostris publicè protestamur, quod nos cum consensu & collaudatione dilectorum filiorum nostrorum, videl. Præpositi Waltheri, Conradi Canonici Trajectensis, *Comitis Alberti* & aliorum hæredum nostrorum Advocatiam & proprietatem ejusdem super uno Manso in Vorsette, qui dicitur Mansus Hildegari, donavimus Capitulo Ecclesiæ Hamelenensis, & donamus cum omni jure nobis & hæredibus pertinente. &c.

## IX.

*Advocatia in Honroder vendita 1217.*

**L**udovicus Dei Gratia Comes de Everstein omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in Domino. Notum esse cupimus tam præsentibus & futuris, quod quæstio, quæ orta erat inter Capitulum Hamelense ex una parte, & nos per aliam super Advocatia cujusdam Curiæ in Honroder, quam Volckmarus Rufus pro salute animæ suæ Capitulo assignavit, in hunc modum est sopita, quod Decanus & Capitulum jus Advocatiæ nostræ recognoscentes salvo jure utriusque partis nobis duas marcas argenti mutuò concesserunt, tali conditione adjecta, quod nullam eis retrò quæstionem super eadem Advocatia movere poterimus, nisi prius eadem pecunia integraliter restituta. In cujus rei notitiam de hæredum nostrorum consensu præsens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine duximus roborandum, volentes ipsos ad hoc firmiter esse obligatos. Acta incarnationis Dominicæ 1217.

X. Nos



## X.

**N**os Dei Gratia Henricus Dux de Brunswick (\*) recognoscimus & tenore præsentium univ-  
tam præsentibus quam futuris præsentia inspecturis cupimus notum esse; quod quar-  
tam partem Advocatiæ, quam in superiori habuimus Molendino Canonorum Ecclesiæ Ha-  
melensis, ipsius Ecclesiæ & ejusdem Capitulo accedente, consilio & consensu Domine  
Agnæ Ducissæ & consortis nostræ dilectæ, & hæredum nostrorum omnium, quorum ad hoc erat  
consensus merito requirendus, pro 12 marcis puri argenti vendidimus possidendam pacificè  
& quietè; ita tamen, quod nos vel hæredes nostri tempore procedente, quodocunque  
nobis ad id se obtulerit facultas, Advocatiæ reemere possimus eandem pro pecunia nume-  
rata. In cujus rei testimonium præsens scriptum scribi fecimus, & sigilli nostri munimine ro-  
borari. Præsentem autem aderant & sunt testes, Dominus Burchardus nobilis de Meyner-  
sem, Jordanus de Campe, Alardus de Borchtorpe, Albertus de Lellem, Henricus dictus He-  
gere, Grubo de Grubenhagen nostri milites & quam plures alii fide digni.  
Datum Eimbeke. Anno Domini M. CCLXXXII. in die Palmarum.

## XI.

*Privilegium Civitatis Hamelensis ab Ernesto Duce Brunsvicensi in  
Eimbek datum. Hujus filius Albertus anno 1362. con-  
stituit hic Advocatum sive judicem juratum.*

**I**N Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. Dei gratia Ernestus Dux de Brunswige uni-  
versis tam posteris quam modernis præsens scriptum visuris salutis incrementum. Cum  
omnia temporalia cum lapsu temporis absque scripto & testibus à memoriis hominum citius  
elabantur, notum esse volumus singulis & universis, quod nos ac hæredes nostri omnia  
jura, quæ Civitas Hamelen specialiter hæctenus inter se habuit, dictæ Civitati favorabiliter  
relinquimus. Hæc autem sunt jura ejusdem civitatis, quæ sequuntur: Buermeister eorum  
autoritate & ex parte Consulium habebit judicare super omne pretium deservitium (\*\*) quod  
vocatur *Mein-asme* (\*\*\*) vel *Hure*, & super animalia pennata, & super vestes abluendas, & super  
loca sepium, & super qualibet ædificia. Item pro juribus civilibus & arbitriis inter se, quæ  
habuit hæctenus inter se Civitas. Consules cum nuntio suo possunt impignorare & judicare  
habent pro turpibus & contumeliosis verbis, & emendas & juramenta & *orbede* super talia,  
delicta possunt admittere & accipere sine delicto judicii. Item quemcunque pro debitis,  
vel honore suo, vel pro fide sua conservanda jacere vel esse contigerit in civi-  
tate Hamelen, præ omnibus securè jacere & manere potest inibi, dummodo *Advocato* signifi-  
cetur. Item cuicumque ex petitione Consules dabunt conductum intrandi Civitatem,  
secure intrare potest, cum voluntate tamen Advocati & favore. Item omnes officiales vel  
operarii manuales habebunt officia sua, quæ vocantur *Innung* à Consulibus. Item si  
aliquod infortunium acciderit à contrafectione pontis vel aqua, quod dicitur *grundröringe*  
sive cum curribus vel navibus circa longitudinem civitatis, judex illa bona non potest im-  
petere sed homines, quorum bona sunt, recolligent ea, sine delicto judicii. Item telonium  
intra Civitatem tenet Civitas à Præposito & ab Ecclesia in Hamelen in feudo. Item officium  
Sculcteti intra Civitatem emit Civitas pro denariis suis, & tenet illud in feudo à Præposito,  
ipsum autem officium habetur ad correctionem super cibaria & super quasdam alias causas,  
in quo officio judex nullum jus habet. Item jus Civitatis est, quicumque intrat vel intrabit  
civitatem, & mansit in ea vel manebit anno & sex septimanis absque querimoniis, ulterius à  
nullo potest impeti de aliquo jure vel servitio, sed *pro libero habebitur*. Item quicumque ha-  
bet monetam, non debet innovare denarios, nisi cum novus Præpositus habetur. Item mili-  
tes & famuli commorantes in Civitate, tenentur ad jura civilia intra civitatem. Item si con-  
tentio vel discordia fit inter aliquos Burgenses vel de percussione vel capillatione, post emen-  
dam judicii, reus dabit Consulibus unam *Anam vini* & læso marcam & ad unum annum Ci-  
vitatem postponet & dejurabit non intraturus, nisi per amicitiam Consulium & læsi. Item qui-  
cunque Judæus moratur vel morabitur in civitate, nobis ad nullum servitium tenebitur,  
sed Civitati tenetur ad jura Civilia. Item Civitas Hamelen à nobis & nostris hæredibus in  
perpetuum erit libera ab omni exactione & petitione, sed per suum arbitrium & bonam vo-  
luntatem dabunt nobis & nostris successoribus quolibet anno in festo Martini quadraginta  
talenta usualis monetæ. Item nec nos nec nostri successores dictam Civitatem intra muros,  
structura castri vel munitionis molestabimus vel turbabimus, sed semper ad profectum &  
honorem sæpe dictæ Civitatis efficaciter & fideliter intendemus. Ut autem hæc omnia pro-  
missa rata & inconvulsa maneant, præsentem paginam sigilli nostri munimine in testimonium

T t t 2

&amp; cau-

(\*) is est qui vulgò dicitur *Henricus mirabilis*.(\*\*) f. pretium de servitio, *licdlohn*.(\*\*\*) *Mein-asme* occurrit etiam in legibus Brunsvicensibus & Cellensibus, hic editis, eodem sensu; vide præ-  
fationem.



& cautelam duximus roborandam. Datum *Hamelen*, cum *Burgenfes* ibidem nobis facerent fidelitatem. Anno Domini 1335, ipſo die *Gordiani & Epimarii* martyrum, præſentibus famoſis & honeſtis viris *Johanne de Oldendorp*, *Warnero de Adeleveſen*, *Hypolito de Wredene*, & *Ludolpho de Oldershufen* militibus, & quam pluribus aliis fide dignis.

## XII.

*De Advocatia Hamelenſi Erneſti Ducis de Brunſwic anno 1336.*

*Dominica ante diem S. Viti.*

**V**An der gnaden Goddes, *Hertzoze Erneſt van Brunſwick* bekennen openbarlichen in düſſen breſe, dat wy mit guder vordachtigkeit, un mit witzſcop un wilkore fruwen *Albeide* unſer Ehelicken huſfruwen undt aller unſer rechten Erven, hebbet gefat und ſettet in düſſen ſülven breſe den erbaren lüden herrn *Frederickes Schulteten*, herrn *Killeken* finer echten huſfruwen, unde ören rechten erven unde to ören truwen henden *Arnolde Hacken*, un unſen getruwen Börgern dem *Rade* unde *Stadt* to *Hamelen* de 40 lb. geldes *Hämelfcher* pennige, de de ſülve *Rath* unde *Stadt* uns aller jährlickes ſint plichtig to gevende, jo uppe *S. Martins* dag, un vogedie, un gerichte to *Hamelen*, en buten un en binnen over de vogtluhde, un over dat vogt gudt, de lude und alle dat in de vogdy höret, vor 300 fl. lödiges ſülvers *Hämelfcher* wite un wichte mit unterſcheide, als herna beſchreven is, dat wii niſchüllet nochen möget de 40. lb. geldes, vogdii un gerichte, mit ein ander nicht löſen, ehe *S. Martins* dage, de nuh nilkeſt komt fort over ein jahr; darna möge wii aller jährlickes, wann es uns gelüftet de 40. lb. geldes, vogedye un gerichte mit einander van öhn löſen vor 300 lödige marck, welcke tydt, dat wy ön dat ſülver twiſchen vvinachten un midden ſommer binnen *Hamelen* vvytlicken mit *Hämelfcher* vvytte un vvychte. Ock en mögen vvy de 40. lb. geldes to nener tyde löſen, vvii löſen de vogedie un gerichte mit den 40. lb. geldes; vville vvy aver de vogedie un gerichte, alſe hyrvor geſchreven ſteyt löſen, ane de 40. lb. geldes, dat möge vvy don na *S. Martins* dage de nu neyſt kombt vor 100 lödige marck un aller jährlickes, vven er uns gelüftet, deſto vvy öhn to betalen twiſchen vvinachten un midden ſommer binnen *Hamelen* vvytlicken mit *Hämelfcher* vvytte und vvychte. To einem uhrkunde düſſer *Rehde* hebbe vvii *Hertzoze Erneſt* de vrogenante an düſſen breſſ gegeben beſegelt mit unſem inſegele, un vwillen dat ſtede un gantz holden, Un vvy *Alheidt* van der gnade Goddes *Hertoginne* to *Brunſchwic*, to einer betüginge, dat vvii diit vvilleköret un gevulbordet hebbet, ſo hebbe vvy öhne ock düſſen breſſ beſegelt, mit unſem inſegele, düſſer rede der ſynt tüge de *Edlen Heren Graffe Harmen von Everſtein*, *Graff Otto ſyn broder*, de *Proveſt iſt to Hamelen*, un de *Erfamen Herr Lühder van Wege*, *Herr Floricke van Wreſenhofs* *Riddere*, *Herr Cordt van Warmeſtorpe* *Sangmeiſter* to *Eimbeck*, un *Diderich van Bremen* *Knechte*, un vvy alle, de hier vor tüge ſtahet, to einem urkunde, dat vvy over düſſe degedingen ſynt geveſen, hebbe vvy dorch bede vwillen unſes *Junckern Hertogen Erneſtes van Brunſchwic* unſe inſegele gehengen an düſſen breſſ, de ys gegeben na der *Jahrtall* Goddes bort 1336. jahr des negſten *Sontages* vor *S. Vites* dage.

## XLII.

## EXCERPTA

## HISTORIARVM MEMORABILIVM

CÆSARII HEISTERBACENSIS

MONACHI ORDINIS CISTERTIENSIS

LOCA QUÆ AGVNT DE REBVS OTTONIS IV  
ET CONTEMPORANEIS.

Ex Lib. I. cap. 31.



O tempore, quo *Rex Otto* profectus est *Romam* coronari in Imperatorem, imperium supra *Mosellam* fratri suo *Henrico Palatino* regendum commisit: hic nobilem quendam virum prædonem, per iudicium capitali sententia damnavit: advenit *Daniel Abbas Sconavia*, suisque precibus apud *Palatinum* obtinuit, ut ei liceret vivere, & Deo pro peccatis suis in ordine *Cisterciensi* satisfacere. Sic homo pro suis sceleribus morti addictus, per gratiam conversionis evasit sententiam damnationis.

Ex